

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Caspar Bartholin

**Praeceptorum Physicae Specialis : Quae thesum loco in disputationibus esse possunt, Pars ...**

## **2 : De corporibus imperfecte mixtis seu de Meteoris**

Rostochii: [Rostochii: Hallervordeus: Pedanus], 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730117936>

Band (Druck) Freier  Zugang 



78. 13.

Oa-3046-~~5~~





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730117936/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730117936/phys_0004)

DFG

2a

PRÆCEPTORUM  
PHYSICÆ  
SPECIALIS,

*Quæ thesum loco in di-  
spunctionibus esse possunt,*

PARS SECUNDA

*De corporibus imperfectè mi-  
xtis seu de Meteoris,*

Decerpta ex prælectioni-  
bus Physiologicis publicis

CASPER. BARTHOLINI  
*Pro juniorum memoria.*

Cum Gratia & Privilegio Regis.



ROSTOCHI

Sumptibus Joannis Hallervordei  
Bibliopolæ.

ANNO M. DC. XIX.

  
FAMILIÆ GENE-  
rositate, & virtutum  
claritate Nobiliss.

Viro,

DN.

H E N R I C O

GYLDENSTIERN

Predb. f. Hæreditario

in Svankholm

Domino, fautori & amico  
certissimo in animi gra-  
ti ob fidem

D. D.

C. BARTHOLINUS

**C A P. I.**

**De Meteoris in genere.**

**M**eteoron est corpus imperfetè mixtum, per primas qualitates ex halitibus astrorum virtute ex aqua & terra elevatis, vel supra vel intra terram generatum.

Definitum propriè significat in sublimè positum: dicitur q̄d alias aeris passio, impressio, &c.

Genus est corpus. Maxima enim Meteororum pars continet substancias. Emphatica autem insunt hypostaticis, & accidentia sunt meteororum. Iris enim accidunt nubi, &c.

Reliqua definitionis verba ex causa illucescent.

Causæ naturales naturalium Meteororum dari possunt. Dico naturalium. Nam & ostenta sepe apparent, & inusitate species causas naturales nō agnoscētes, & Meteora alia non raro ex præternatura-

libus causis oriuntur, ut Dracones volantes, stipulae ardentes, tonitrua, fulmina, venti, &c. Causa hic 1. aliquando immediate prima causa Deus. 2. Angeli boni. 3. Spiritus mali ex Dei permisso, ut in historia Iobi. Hi non raro se conjungunt cum varijs meteoris, aut vicarijs suis utuntur, sagis, lamijs &c. quibus aut tempestatens aliquam futuram suggesterit, quam anicula delira suis ceremonijs effecisse putat; aut materiam aptam congregas proventis aut ejusmodi tempestatibus, quas Finni & Lappi, uti norum, nauti vendunt. Sed ad naturales.

Efficiens remota sunt corpora celestia, Sol præsertim, magnam cotidie halituum copiam ex terra & aqua extraheus, pro meteororum generatione. Addi possunt ignes subterranei. Propinq. sunt qualitates prime. Lux apparentia meteora figurat; Calor extrahit halitus, extractos incendit &c. Frigus constringit, condensat &c.

Materia ex qua remota sunt Elementa. Ex aqua enim & terra producuntur ha-

halitus, qui propinqua materia: Estqz  
Arist. duplex: fumus & vapor.

Fumus est exhalatio calida, sicca,  
tenuior, ex qua generantur ignita  
potissimum meteora, & his non  
planè dissimilia.

Dicitur calida ratione efficientis, &  
quod proxime ad ignem accedat. Sicca, id  
est, ex quo humore prædita. Dicitur potissi-  
mum: quia licet uterqz halitus in pleriqz  
meteori concurrant, unus tamen unicui-  
vis magis proprius quam alter.

Vapor est halitus calidus, humi-  
dus, crassior, ex locis aquosis exci-  
tatus, ut aquæ potissimum inde ge-  
nerentur Meteora.

Dicitur calidus ratione efficienti. Hu-  
midus: hinc inflammationem respuit.  
Crassior, adeoqz gravior ( ideo non tam  
altè ascendit, ut exhalatio prior ) qualis  
apparet in balneis & olla aquâ fervente  
plena.

Quantitas & moles halituum, qui  
elevantur, est incredibilis, montes & syl-  
vas vastitate superans. Materiæ n. ex qua

A 3. magna.

magna est moles, solis & siderum actio inestimabilis. At videmus vel ex minuto ligno veridi sumorum copiam.

Tempus elevationis (licet quolibet aliqui ascendant) praecipue est vetus & autumnus, matutinum & vespertinum. Nimirum enim aestus, exhalationes ascendentes absumit; frigus reprimit & constringit.

Foraria diversa est, ut videre in specialioribus.

Fisca hyperphysicus vel Theologicus est. 1. Demonstratio potentiae, sapientiae, & bonitatis Dei. 2. Peccata impiorum. 3. Probatio piorum.

Naturalis est 1. Mundi ornatus. 2. Creaturarum utilitas. 3. Ut tempestatum mutationes significant. Hinc 1. Dividuntur vulgo Meteororum in non significativa, que per se nihil futuri significant, ut pluvia, ros, nubes &c. & significativa que 1. vel aliquam aeris mutationem significant. 2. Vel inusitatiora sunt. 3. Aut inusitato sunt tempore. 4. Aut si mediocritate recedant.

2. In hypostatica & emphatica. Hec

46.

accidentia quasi meteororum sunt in alio  
subsistencia, ut irū, hals &c. Illa vel sunt  
simplicia vel cōposita. Simp. ex sim-  
plici materia, nempe fumo & vapore con-  
stant, suntq; ignita & aquea. Compo-  
sita utriusq; sunt exhalationis, ut aērea.

## CAP. II.

De Meteoriis ignitis in genere,  
& in specie de ijs, quæ sunt  
in infima aēris regione.

**M**eteoron ignitum est, quod  
constat exhalatione calidā &  
ficcā, accensā atq; ardente, proximè  
ad ignis naturam accedens.

Effic. 1. proxima est calor supremus  
aeris, calefaciens, attenuans & inflam-  
mans halitum. 2. Adjuvans est motus ha-  
litum & attritus ad aerem. 3. Acciden-  
taliter, circumstans frigus, urgens halitum,  
ut amplius in se calefaciat.

Materia est fumus, vel halitus cali-  
dus & fiscus, qui inflammatur facile. Acce-  
dunt tamen ut plurimum, halitus pin-

gues pro pabulo. Hinc siccitatem ignita na-  
turaliter prænunciant.

Forma est proximè ad ignis natu-  
ram accedere.

Finis est aëris repurgatio.

Affectiones i. Locus est aëris secun-  
dum tres suas regiones.

2. Tempus generationis est diur-  
num & nocturnum: hoc potissimum.  
Interdiu non apparent ab præsentiam Selv.

Dividuntur Meteora ignita i. Ra-  
tione durationis in permanentia &  
evanescentia. Hec ob materię & pabuli  
durationem dia durant, ut Cometa. Illa  
evanescunt citius, prout sicciorē vel un-  
ctuosiorem halitum fuerint nacta.

2. Ratione loci generantur in su-  
prema aëris regione, vel media, vel  
ima. Quod enim calidiores & sicciores bali-  
tus, eo ascendunt altius. In suprema, vel  
sunt cōjuncta & partes habentia cohæ-  
tes, ut fax, trabs, ignis perpēdicularis,  
bolis, &c. Vel disjuncta, ut capræ sal-  
tantes, scintillæ volātes &c. In media  
& imo sunt: stellæ cadētes nonnulla,

Ian.

Ianca ardens, draco volans, ignis  
faruus, ignis lambens, &c.

3. Ratione efficientis alia sunt in-  
flammatione vel accensione, alia secre-  
tione seu expressione (sicut nucleus cerae  
digitis eliditur) à frigore circumdato.

4. Ratione motus & quietis, alia  
variè moventur emicando & subsultan-  
do, ut stellarum trajectio[n]es, capræ saltan-  
tes, Draco volans, &c. Alia immota sunt  
(motu subitaneo) ut Cometæ, &c.

Stella cadens est meteoron igni-  
tū constans fumo mediocriter cō-  
pacto & conglobato, qui supernè ac-  
census à nube deorsum repellitur, &  
ita formā decidētis stellæ represētat.

Alio modo fit in supremo aere, nempe  
quando flamma successivē & celeriter per-  
currit materiam, vel per lineam rectē  
positam, & dicitur stella rectē cadens; vel  
oblique, & dicitur obliquē cadens. Sicut  
cum flamma filum pulvere pyro conrito  
incrustatum pererrat.

Vulgus stellarū putat eum Epicuro ca-  
dere, quod nonnunquam vera stella, sub-

qua subsistit, non statim appareat. Sed si  
hoc: quia extincto hoc meteoro in aere hu-  
mido, fumus oritur stellam nobis obiugens.

Tempus generationis est plerumq;  
versum & autumnale, item ferum.

Significationes sumuntur à coloribus  
sciat à coloribus Lunæ.

Stella cadens est signum. Et causa se-  
citatū, quia fumi siccī sunt; Et ventorum,  
quorum materia adest, nempe siccus hali-  
tus copiosus.

Lancea ardens est meteoron igni-  
tum constans fumo longo & bene  
corapacto, qui accensus in terram  
vel mare detruditur.

Dicitur alias, titio, terris, lampas. Et  
concretiore consistat materiā quam stella  
cadens. Differt à irabe, quod meteoron est  
immobiliter accensum.

Draco volans est meteoron ignitu-  
mī aeris constans fumo crassio-  
ri, nec valdē coagulato, qui in sub-  
lime evectus & accensus impulsu  
frigidæ nobis curvatur & alectitur.

Materia est fumus non omnino equalis

nam

(nam in extremitatibus est gracilior & di-  
ductior) nec vehementer calidus, medio-  
criter pinguis, crassus, sed leviter compa-  
ctus, interceptus inter duas nubes, calidam  
& frigidam. Accensus à frigidâ expelli-  
tur, cogitur ac incurvatur, ventremq; præ-  
se fert. Calidior alteram partem admittit,  
que in longum protenditur, & colli figurans  
repräsentat.

Diabolus interdum in collisione cum suis  
mancipijs hoc meteoro abutitur.

Ignis fatuus seu erraticus (Danis &  
eternand) est meteoron ignitum in-  
fimi aeris ex fumo crassiore, visco-  
siore & tenaciore, qui noctis frigore  
cogitur, pugnâ illâ accenditur, variè  
oberrat & viatoribus illudit. Qui ex-  
sistimant lucernam vel candelam esse in-  
villa propinquia.

Materia est famus crassiusculus,  
viscosus, tenax (ut duret nonnihil), &  
levis, ut hinc inde vagetur.

Efficiens proxima est frigiditas  
infimi aeris nocturni, quâ cum pugnat  
balitus, atq; ita accenditur.

Locus

Locus specialis est pinguis aliquis,  
viscosus, unctuosus, paludinosus &c. ut sunt  
fodinae metallicae, macella, coquinas, co-  
mitemia aliaz sepulcreta, loca supplicij de-  
stinata, ut patibula, &c. Circa haec fre-  
quenter conspiciuntur: Inde enim materia  
aptior. Motus esse potest 1. Ad motum  
ventorum. 2. Ex partium diversitate, quod  
pars levior ascendat, gravior descendat. 3.  
Ex flammæ natura, qua transvolat ex  
parte aridiore in pinguiorem. 4. Ab hemi-  
ne iter faciente, qui fugiens aerem secum  
rapit proximum, in quo ignis fatuus, qui  
ob id fugientes persequi videtur. Si verò  
viator ad illum appropinquat, impellit ae-  
rem proximum, ut videatur recedere lon-  
guis. Et ita sequentes fugere putatur hic  
ignis; idcirco præcedens & sequens  
vocatus.

Ignis lambens seu adhærens est  
Meteoron ignitum ex fumo rariori  
& subtiliori, qui accensus & per ae-  
rem dispersus rebus varijs absq; le-  
sione adhæret. Non enim adurit propter  
materię tenuitatem.

EF

Est enim Materia fumus pinguis, seu  
varus, subtilis, tenuis sine magna viscositate  
te ex sudore & halitu hominum calidioris  
temperamenti extrahi existimatus. Sed  
plus videtur prodigiū adesse, quam mani-  
feste cause.

Rebus varijs adhærescit & circumfun-  
dientur, ut hominum capitibus, capillis, au-  
ribus, humeris, vestimentis, equorum jubis,  
pili, auribus, militum hastis, antennis vel  
malis navium, turribus, arboribus, &c.

Si unicus & solitarius apparet hic ignis,  
priscis dicitur Heceta, quod aspectu qui-  
dem pulcher sit, sed magnas denotet tem-  
pestates; vel ex superstitione nautarum,  
vel quod putarent unicam non sufficere ab-  
sumendae materie tempestuose. Si gemi-  
nus, (quod prosperæ navigationis augu-  
rium) Castorem & Pollucem nomi-  
narunt veteres.

### CAP. III.

#### De meteoris ignitis supremæ aëris regionis.

**S**unt illa potissimum: Candela ac-  
censa, trabs, jaculum, capræ.  
sal-

saltantes, scintillæ volantes, cometæ.

Candela accensa est meteoron ignitum supremi aeris ex fumo continuo, raro & tenui in longum extenso, qui superiori parte accensus instar candelæ ardet. Dicitur alias fax, lampas, lycenus, flamma ardens.

Materia allata est quæ superiori parte inflammationi aptior; paullatim tamen serendo tota consumitur.

Trabs est meteoron ignitum ex fumo in longū porrecto, continuo, arctius cōpacto, æqualiter accenso, immobiliter consistente, & speciem trabis repræsentante. Unde alias colūna dicitur. Quando perpendiculariter collocata est materia, dicitur ignis perpendicularis; pyramis, &c. Differt à bolide. Bolis est mobilius, trabs immobilius, habens multum terrestris gravitatis levitati & mobilitati resistens.

Jaculum vel Bolis est meteorō ignitum ex fumo ita continuato, ut jaculi vel sagittæ specie repræsentet.

Materia est fumus mediocriter in longum

gum porrectus, continuus, compactus ex  
partibus partim crassu partim tenuibus, exca-  
ctius ratiōnis misu: quodā raro fit, ideoq; ra-  
rum hoc Meteoron ē loco prodigiū.

Motus ejus est sursum, velox, instar te-  
li ex arcu emissi.

Capra saltans est meteoron igni-  
tum constans fumis, qui grandiorib;  
& pinguiorib; sunt divulsi  
partibus, & tenui vel aridiori tan-  
tum halitu connexis, quæ dum suc-  
cenduntur conflagrante unâ massâ;  
raptum & celeriter flamma in aliam  
trausit, & ita de loco in locum sub-  
filię videtur, ut lasciva solet capra.

Exemplum est in pulvere bombardico,  
si diversi acervuli congesti interpositi pau-  
cioribus granis continuantibus materiam  
ascendantur,

Scintillæ volantes constant fumo  
in multas minutisq; partes sparsa,  
quarum singulæ instar stipularum inflam-  
mantur. Hinc dicuntur stipulae ardentes,  
paleæ succensæ, &c.

Materia est fumus æqualiter subtilis  
non

non compactus, dispersus in multas partes  
(non continuus, ut in stellis cadentibus)  
exiguas, quæ incensæ, referunt scintillas  
et camini evolantes, & statim evanescen-  
tes.

Cometa est meteoron ignitū con-  
fansi halitu copioso, viscoso & pin-  
gui, in supremam aeris regionem  
virtute astrorum evesto, ibidemq;  
accenso, ut ferè stellæ figurā referat.

Sermo hic erit de Cometi non miracu-  
losis, nec de cœlestibus seu novis stellis, sed  
elementaribus in supremo aere generatis:  
quæ meteoræ sunt inter ignia permanentia  
& diutissimè durantia, loco altissima, splen-  
dore nobilissima.

Materia est exhalatio calida & sic-  
ca. 1. Copiosa: nam aliàs dissiparetur, vel  
non tam diu duraret. 2. Lenta & tenax,  
arctè compacta, adeq; terrestriæ. 3. Pin-  
guis; bituminosa & sulphurea.

Forma externa est ferè stellæ.

Finis, Physicus est, fumos in æte  
dispersos noxios absumere. Theo-  
logicus, ut sit concio pœnitentia.

Efi.

Efficiens est 1. Virtus astrorum,  
præsertim certorum nonnullorum, ut Sa-  
turni, Martis, Mercurij, quorum positus cer-  
ti in signis igneis & aereis (principali si &  
eorum in Ecclipses Solis incidat) materiam  
pro Cometa generando disponere putatur.  
2. Calor & ignis subterraneus ex ma-  
teria ibi contenta halitus producens. 3. Ca-  
lor ipsius halitus ad ascensum facit. 4.  
Succedentium halitum impetus. 5.  
Attractio aliorum humorum à prio-  
ribus ob similitudinem. 6. Frigus medij  
aëris antiperistasi stimulando calorem in-  
tendit.

Efficaciam inflammationis sunt ut in reliquo  
ignitu, natura materie calida & sulphurea,  
motus, virtus alicujus astri, locus calidus su-  
premi aeris, frigiditas medij aeris, &c.

Dividitur Cometa in crinitum,  
barbatum & caudatum.

Crinitus est qui flamas in omnia  
spargit latera ferè. Barbatus, cuius ma-  
teria flammatum fundit ex unâ tantum par-  
te latius & brevius, instar barbae latioris  
uel juba. Caudatus, cuius materia adhuc

lon-

longius, sed non ex latitudine se diffundit.  
Cauda (vel scopæ dictæ) videtur esse  
tenuior & spirituosior portio, ex cor-  
pore Comete exhalans, ut fieri videntur in  
pyrobole arteficiali.

Affectiones 1. Quantitas. Conti-  
nua maxima est aliquando montis unius,  
aut plurium milliarum: alias nec tam diu  
perduraret, nec ad tantum intervallum  
appareret. Quo ad discretam, ut pluri-  
mum unicus apparet; aliquando ra-  
men plures uno anno visi, immo  
semel & simul.

2. Locus est elementarii supremi  
aeris; ut itque ex motu velocitate, patal-  
laxeos magnitudine, natura materie, &  
quantitate, qua aliquando, teste Aristotele,  
terram cœli partem occupavit.

3. Tempus: Generationis est sic-  
cius, vel siccioris constitutionis annus. Ple-  
rumq[ue] autumnus ex ardescere incipit (quo  
viscidi superunt halitus, & aer mediocri-  
ter calidus elevationi accommodator) &  
si præcessit aestas siccior & calidior, tempus  
est aprius.

rem.

Tempus durationis pro copia & tenacitate materiae publici; variat.  
Brevisimum tempus observatum est horae unius; longissimum etiam ultra sex menses.

4. Motus variat. Moveri potest 1. ad motum primi mobilis. 2. Alicujus planetæ in generatione dominante. 3. Motu incerto & vagabundo pro ratione materie, &c.

5. Color est alicujus planetæ, vel quod talis aliquis predominatus sit in generatione, vel ratione materie copiose & paucæ, varia aut dense, &c.

6. Scintillatio ob flatum aliquem erumpentem, vel flammæ exspurio (quæ radiis ob distantiam appareat) ob erupcionem alicujus materie.

Effecta Comistarum (unde significantes) vel sunt bona vel mala.

Bona rariora, ut aeris bona temperies, terræ fertilitas & annoneæ copia; absunti halitibus noxijs; & per agros instar roru sparsa ex halitibus ascendentibus pinguedine aliqua admixta benigniora.

Mala frequentiora sunt (quia scep-  
tus

us materia Cometa est maligna, referta  
spiritu minerali, impuro, noxiō, & post  
extinctionem sēpē halitus fœtidi, nec semper  
ignis tam validus, ut materiam queat ab-  
sumere ) ut 1. Aeris siccitas & æstus:  
ob siccos & calidos fumos in aere dispersos.  
2. Hincq; defectus pluviarum & aquarum  
paucitas. 3. Ventorum tempestas  
ob eos admixtos halitus, qui non facile in-  
flammari, nec rameus penitus dissipari pos-  
sunt. Ex hisce 4. Terræ ariditas. 5. Agre-  
rum sterilitas, 6. Annonæ caritas.  
7. Piscium interitus. 8. Terræ motus;  
halitibus isti intra terræ cavernas se abdō-  
tibus. 9 Pestis & alij morbi maligni: insi-  
ciuntur enim humores & spiritus aere ha-  
litibus noxijs referito; adeunte præseruum  
annonæ charitate, adeeq; vietus pravita-  
te. 10. Aquarum majorum, ut mari, la-  
cuum &c. inundationes ob ventos. 11. Et  
hinc naufragia. 12. Seditiones, bella  
&c. ob siccitatem corporibus impressam. Hinc  
bilis flavæ provenius & iræ facilitas. 13.  
Magnatum & deliciorum hominum in-  
teritus, qui citius à tali aere ladduntur, ob

di-

dispositionem à calida & secca directa, ut vi-  
no, aromatibus, exercitüs vehementiori-  
bus, equitationum, venationum, &c. 14.  
mutationes regnorū & religionis  
&c. pro mutatione magistratus. Sed effe-  
cta ejusmodi insigniores insequuntur Co-  
metas.

### CAP. IV.

#### De Meteoris Aqueis in gene- re & in specie de Nube.

**M**eteoron aqueū est Meteoron  
simplex ex vapore beneficio  
frigoris cōcretū pro cuiusq; natura.  
Materia ē vapor, seu halitus calidus  
& humidus. Quod autem hinc generatum  
Meteoron sit frigidum, ex efficiente pro-  
pinguā est.

Effic. præparans est calor ac virtus  
Solis aigz alrorum præsertim Lunæ, Ve-  
neris, piscium, plejadum, byadum, &c.  
producens est frigus moderatum.  
vapores condensans.

Forma est quod ad aquæ naturam  
accedat; sicut ad ignis ignitum.

Fi-

Finis est humiditates varias sup-  
peditare , pro vegetabilibus , animalibus  
&c. ardorem sola mitigare , &c.

Est a. vel in medio aere, vel in in-  
fimo.

In medio sunt nubes ex his generatae,  
semper vel condensata tantum, ut pluviae,  
vel insuper cōcreta, aut mediocriter, ut nix,  
aut valde , id est, congelata, ut grando,

In infimo sunt vel valde concreta , ut  
pruina; vel mediocriter, ut nebula, ros.  
Ad summum serem ob aquosam gradita-  
tem vapor non ascendit.

Nubes est Meteoron aqueum con-  
stans vapore ad medium aerem ele-  
vate , ejusque frigiditate condensa-  
to , nondum tamen in aquam con-  
verso. Si parva est , dicitur nubecula.

Materia est vapor crassus ex mari  
alijsque aquis plerisque ortus.

Effic. ut supra in genere. Ferma est  
quod densior sit nebula , rarer a-  
qua, rara porosa, ut radios Solis commodius  
recipiat , facilius ab aere poris recepto mo-  
veatur, pluviam guttatis effundat, &c.

Finis

Finis est ardorem Solis mitigare,  
Et adversus æstum esse quasi tentoriū niteram item Et aerem, emitendo pluviam, humectare, &c.

Dividitur in fœcundam & sterilem. Illa pluvias fundit, estq; ob vapores densiores colorē nigrorū. Hæc nullas; estq; ob vapores rariores Et sicciores albescens, caloreq; Solis Et ventorum, impulsa in auras Et aera dissipabilis.

Affectiones 1. quantitas Et moles est maxima, maximis major montibus. Unde ex nubium casu, qui rarus, integrī, vastantur tractus.

2. Locus Arift. est ubi desinunt radij, nempe reflexi, id est, media aeris regio, in qua nubes pensiles divinā providentiā, calore astrorum Et proprio, aere inclusa Et c.

3. Distantia à terra varia atq; incerta est. 1. Vaporum diversitate; tenuiores enim aliis ascendunt. 2. Ventis ascensum juvantibus vel impedientibus. 3. Variā Solis altitudine. Remotiores n. nubes sunt à terra, Et altiore Et rectius in terram radios projiciente; ut in locis ca-

B

lidioribus, æquatoriq; vicinioribus, tempore  
æstivo, &c.

4. Motus, aliquando nullus, aliquando  
sequitur vaporum impulsu[m], vento-  
rum, primi mobili, Solis, &c.

5. Color pro vaporis raritate & densi-  
tate est vel albus vel niger, viridis, fla-  
vus, cæruleus, rubeus, &c. Viridis copio-  
sam pollicetur pluviam: albus nullam aut  
tenuem: nigra imbres aut fulmina; ru-  
beus, ventos & borrenda fulmina plerun-  
que accendentia. Alias rubedo vespertina  
serenitatem prænunciat; Quia  
Sol calore diurno nubem exsiccat: ma-  
tutina pluvias vel ventos, quia à  
orientे crassi & densi balicu[s] supra horizon-  
tem elevantur.

### CAP. V.

#### De reliquis medijs Aeris meteo- ris aqueis; pluvia, nive & grandine.

**P**luvia est aqua ex nube fecun-  
dâ frigore condensatâ, gutta-  
tim decidere.

Efficiens est medijs aeris frigiditas  
materiam ascendentem condensans. Adju-

Juvans elevationem vaporum ex locis a-  
quosis est ventus aliquis: unde præser-  
tim auster ventus pluviosus dicitur.

Material est vapor crassus, ex quo  
sit materia proxima, non re nubes fœ-  
cunda.

Forma externa est, quod guttatum  
decidat: nam nubes non tota simul, sed  
successivè in aquam condensatur.

Fines terram fœcunditate; aërem  
salubritate temperare & serenare, &  
ad elementorum servandam æqualitatem,  
que non subsisteret, nisi aqua in halitus re-  
solveretur, & hi in aquam redirent.

Dividitur pluvia in naturalem &  
prodigiosam. Naturalis, quia ex  
causis Physicis, hic potiss. spectatur: estq; vel  
levis, constans tenuibus & ratis guttis  
sine impetu, ex nube tenuiore & infæcum-  
diore; vel vehementis, qui rursum vel  
imber vel nimbus.

Imber est cum guttae tenues & sub-  
tiles, sed copiosæ & crebræ jugi te-  
nore defluunt ex nubibus altissimis.

Nimbus ex propinquioribus, constat

B

gut-

guttis crassis & densis impetuose  
descendentibus.

Prodigiosa vel extraordinaria  
est cujus causæ Physicæ dari quidem  
possunt, sed non satis sufficien-  
tes & firmes: ut cum pluia lacte, san-  
guine, carnibus, creta, terrâ, luto,  
frumento, sulphure, pice, cineribus,  
lapidibus, lateribus, ferro, lana, tru-  
cibus, ranis, vermiculis, bufonibus, pi-  
stibus. &c. De his eti & de signis  
varijs, unde prædicti possit ventura plu-  
via, videatur Meteorologia nostra ubi-  
erior.

Affectiones i. Tempus generatio-  
nis licet quodlibet anni tempus sit, præ-  
cipue tamen ver & autumnus, nisi quan-  
do aestas & hyems nonnihil à statu na-  
turali recedunt: alias aestate nimius  
calor vapores magis absorbit, hyemale  
frigus in nivem potius verit. Quoad tem-  
pus durationis, diurniores & cre-  
briores sunt pluviae alii aquæis Me-  
teoriis ob necessitatem majorem & recipro-

500

cam quandam nubis & pluvie productio-  
nem.

2. Sapor dulcis est ut plurimum,  
etiam ex salmis aquis extractis vaporibus.  
Sol enim tenuius & dulcior exirabit re-  
licto terrestri & salso. Pluviae vero  
ardente Sirio collectae, existent sunt &  
amaræ.

3. Figura guttarum est rotunda  
(quia partes ad medium tendunt, coe-  
untque imitatione totius) oblongè: quia  
cum motus naturalis circa finem sit velo-  
cior, dum partes inferiores ad terram  
properant, ne tamen distrahanter conser-  
nuo, oblongantur.

Nix est meteoron aqueum ex nu-  
be aqua, que ad pluviam parati  
coepit frigore intensiori etiùs con-  
cretà orum, in floccos albicantes  
distraictum descendens.

Effic. est frigus intensius, eo quod  
pluviam efficit: & si non satis intensum;  
nix aqua propior, graviores & densiores  
floccos habet.

Forma est quod per floccos albicantes

B. 2. - descen-

descendat. Substantia enim ejus est ra-  
ra, porosa & mollis ob aëre copiosum, que  
continer. Materia eadem quæ pluviae.

Finis est, quod in locis frigidioribus  
terram foecundat, & sata terræ tue-  
tur. Contra nimium frigus defendendo,  
calidas terræ exspirationes repercutias intus  
comprimendo. 2. Humidi aerei partes com-  
municando, quæ impinguant. Affectiones

1. Tempus. Ordinarium & naturale est  
hybernum; quia tum frigus intensius.
2. Color albus (adeo ut visum offen-  
dat lœdatq;) 1. Ob frigiditatem. 2. Ob mul-  
tas aereas admixtas partes, quæ levitatem  
causantur, adeoq;
3. Figuram latam magis quam congo-  
batam.

Grando est meteorum aquorum ex  
pluvia in descensu frigore intēiore  
congelatâ ortum, per globulos de-  
scendens.

Materia proxima est pluvia per-  
fecta (non tantum inchoata, ne in nive)  
ideo citius, quam nix in aquam resolvitur.

Effic. frigus intensius videlicet conge-  
lans

Ians & conglacians in medij aerū insima  
parte. Forma externa est globulorum  
quasi crystallinorum.

Finis primarius est aeris refrigeratio.  
Secundarius, pœna divina. Nocet enim  
grando 1. Feriendo vegetalia & anima-  
lia. 2. Humorem frigiditate noxiūm terræ  
nascentibus communicando.

Grando vel est naturalis, de quā  
jam dictum: vel prodigiosa, ut, si vel  
stupendā magnitudine descendat, vel in ea  
literarum aliarumque rerum imagines ap-  
pareant: quod tamen aliquando fieri potest  
ob tumultuariam & fortuitam concretio-  
nem. Naturalis vel sine pluvia de-  
scendit, vel cum pluvia, quod plerūq;  
fit, quia partes grandini aliquæ inter de-  
scendendum liquefunt; & plerūq; nubes  
est inæqualior.

Affectiones 1. Quantitas non sem-  
per eadem: major quando per brevius spa-  
tium delabitur: quia non tam dia ab aere  
atteritur: hinc in montibus grando  
major.

2. Tempus. Raro aestivum, rariissime hy-

B 3 ema

male, sed frequentius ver, & maxime  
autumnus, cum sufficiens vaporum co-  
pia. Diurnum etiam magis quam noctur-  
num: nam ob noctis frigiditatem calidus  
vapor in medium aeris regionem non ita  
elevatur.

3. Figura ad rotundam accedit,  
ut guttae pluviales.

4. Sonus aliquando conjunctus est vel  
venti conjuncti causâ, vel ex collisione, &c.

## CAP. VI. De meteoris aqueis infimi aë- ris, nempe nebula, rore & pruina.

**N**ebula seu caligo est meteorô  
infimam aeris regionem ob-  
scurans, ortum ex vapore copioso &  
denso, nubis vel præcedentis resi-  
duum, vel sequentis initium existens.

Materia est vapor erassus, sed nonni-  
bil carus & distractus: estq; vel ex reli-  
quijs nubis sterilibus, quæ deorsum feruntur;  
vel ex locis inferioribus educitur, qui du-  
plex. i. Siccus & terrestris, ut in aquam non  
faci-

facile condenseretur; Et cum vel in terram  
recidit, vel Sola præsenzia dissipatur, Et par-  
tim etiam in terras decidit. 2. Humidior, den-  
sior & pluviae aptior, quæ non decidit nisi sub  
forma pluviae. Hinc nebulæ descendit sereni-  
tatem spondet, asperguntur plurimum per urias.

Effic. est frigus insimi aeris respe-  
ctivum, vapores elevatos magis incrassans.

Forma est, quod sit rarius nubes  
& crassior aere.

Finis, serenitatem vel pluviam  
efficere & significare.

Affectiones 1. Tempus est medio-  
cris aeris constitutio, Et sub finem di-  
vel noctis humidior; quia cum aeris frige-  
ditas pro nebula est proportionata.

2. Foetus interdum comes est, ob hi-  
licitus foetidos.

Ros est meteoron aqueum ex va-  
pore subcalido & subtili per insi-  
mam aeris regionem diffuso, ac ne-  
bris frigiditate modicâ in guttulas  
verso, quæ defluunt, & terræ na-  
scientibus adhaerent.

Materia est vapor non ita copiosus, ut pro-

generans pluvias; subcalidus, ut aliquo-  
usq[ue] possit ascendere; tenuis & subtilis, ut  
actionem frigoris faciliter recipiat.

Effic. est frigus nocturnoi & sereni-  
temporis in infimo aere mediocre.

Forma est quoddam per guttulas mi-  
nutas herbis adhaerescat.

Finis est terrae irroratio & fœ-  
cundatio.

Dividitur Ros in salutarem, de-  
quo jam dictum; & noxiū, quando  
vapori multum siccæ & viscosæ exhalatio-  
ni admixtum est; unde humiditate absum-  
ta, instar saccari vel pollinis plantis adha-  
rescit; ut adustæ appareant. Hinc rubi-  
go dicitur.

Affectiones 1. Locus est in simus:  
aëris. Aliquando vix ad 2 cubitos elevatur  
vapor, quando in rorem vertitur, aliquan-  
do paullè altius; ut etiam in collibus depro-  
hendi ros possit.

2. Tempus 1. Temperata aëris con-  
stitutio, ut potiss. est vernalis & au-  
tumnalis. Calidiori enim absuntur vapo-  
res (hinc interdiu ros nō gignitur) frigidiori

in pruinam &c. vertuntur. 2. Matutinum & vespertinum: Media nox iusto  
est frigidior; teneat vapores intus cohi-  
bens. 3. Serenum & tranquillum: per  
acrem enim crassum roris materia ascen-  
dere nequit.

Pruina est quasi ros congelatus.  
Differunt autem 1. Quod pruina genere-  
tur tempore & loco frigidiori, frigo-  
req; intensiore, ut per hyemem circa finem  
autumni & veris initium; vere rarius nec  
sine incommodo. 2. Formâ, quæ pruinæ est  
congelata referens salu asperitatem. 3.  
Qualitatibus: Pruina omnino est fri-  
gida & vita rerum omnium inimica; res  
temperate calidus & humidus.

## CAP. VII.

De Meteoris mixtis seu aëreis  
in genere, & in specie de  
ventis.

**M**eteoræ mixta sūt quæ partim  
fumo, partim vapore cōstant.  
Dividūtur ratione loci, quod alia fianc  
intrâ terram, ut terræmotus; alia extra

in aere vel insimo, ut venti, vel medio, m  
tonitrua, coruscationes, fulmina.

Ventus est meteoron mixtū, maxi-  
mè tamē exhalationē cōstans admo-  
dum siccā, quæ ascendens beneficio  
nubium & medij aeris frigore repel-  
litar, ac circa terram obliquē fertur.

Materia est mixta. Si enim ex puro  
fumo constaret, ignitum ; si ex puro va-  
pore, aqueum inde gigneretur Meteoron.  
Vapor tamen requiritur, quia non ex ter-  
ra tantū, sed & ex mari pro ventis educi-  
tur halitus, & aliquando per integros men-  
ses ē mari venti spirant humidi. Potiss. au-  
tem exhalatio calida & sicca (nihil  
pinguis) venti enim plurimū oxificant,  
velociter moventur, pluviam supervenien-  
te aliquando reprimuntur. Venti autem  
aliqui humidi & frigidi sunt ex accidenti  
propter cardines & loca ē quibus spirant,  
quæq; pertransiunt.

Forma est quod obliquē feratur  
circa terram.

Effic. Remota peculiaris astrorum in-  
fluxus &c. Propinqua i. Interna videli-

66

cet materia exhalationis; quæ rectâ sursum tendit. Externa est frigus & nubes ascendentem halitum repellens, ac rectâ deorsum trudens: atq[ue] ita causis hisce inter se pugnantibus, motus evadit mixtus seu obliquus & ad latera. Adjuvans causa est ipsius halitus mobilitas & fluxibilitas.

Finis principalis est ad custodiendam aeris terræq[ue] temperiem; ad aquas modò evocandas, modò supprimendas & compescendas, &c. Minus principales varijsunt, ut navigatio, molarum versatio, &c. Finis Theologicus est ad homines vel probandos vel puniendos: Præsagia ventorum inquirantur in Meteorologia nostra copiosiore.

Affectiones 1. Locus est infima aeris regio, & initium mediæ; nam & nubes ventis agitari constat.

2. Tempus utplurimum est moderata aeris constitutio, ideoque ver & autumnus potiss. illud: quia aperitur terra, & fumi prius inclusi evaporant. Hic: quia Solis calor spinuitur, & terra  
fre-

frequenter humectatur pluvij: Ideò hyeme & aestate etiam generantur venti, quando calor vel frigus non in excessu.

3. Qualitates cuiusvis venti in specie dabuntur. Frigidi autem veniunt i. Quia terrestres & aquaeas portiones habent admixtas. 2. Quia aerem commovent & ventilant.

4. Conspiratio. Simul flare possunt duo venti oblique contrarij; ex diametro contrarij non item, aut non diu: imbecillior enim cedet fortiori, aut si pares fuerint, statim & impediunt.

Dividitur ventus in ventum propriè sic dictum, de quo hactenw, & autam: quæ placida & lenta est aspiratio ex tenui exhalatione leviter mota; oritur plerumq; ad ripas fluminis in saltibus & locis, que sylva vicina, &c.

Venti propriè dicti vel sunt regulares, vel irregulares, impetuosi & repentin.

Impetuosi & erratici undiquaq; cum impetu oberrant, quos in propinquo generati, vult. Aristoteles. Suntq; vel vani, &

di-

dicuntur fragores; vel impetuofiores;  
qui rursus vel cum igne vel sine igne.

Cum igne dicitur πονση, alijs tur-  
bo accensus vel igneus obvia quæq;  
diruens & non nihil adurens, quia ha-  
bitus ex parte ignem concipit ob motum.

Sine igne vel est cum pluvijs aut  
grandine, vel sine: Si sine pluvij, sunt  
procella & turbo.

Procella recto cursu multis spi-  
rationibus densis proslit aerem ob-  
scurans, præcedens pluviam, maximarum  
temporatum nuncia, & navigantibus per-  
nissosa: Danis Huerelvind.

Turbo vel typhon (Danis Huerelvind)  
multis simul flatibus subtilioribus im-  
gyrum contortis, obvia quæq; cor-  
ripiens, & maxime vigens in locu angu-  
stis, vel sorsum vergit, obvia secum sur-  
sum attollens, & instar rotæ versans, vel  
superne ingruit & magno imperu  
deorsum festrur. Exhalatio n. in angu-  
stum & tortuosum nubis biustum delata, ibi  
in orbem rotatur, atq; ita in circumgyratione  
diu perseverat; quod in crocho & ajs liquet.

Re-

Regulares venti vel sunt stati vel  
indefiniti. Stati vel anniversarij statim  
temporibus spirant, ut 1. Orientis, &  
seu Chelidonie, spirantes (quando birun-  
dines & aves redire solent circa aquino-  
ctium vernum) aliquot dies, interdum  
mites, interdum rigidi, grandinosi &  
nivosi. 3. Prodomi (dicti quod Ete-  
sias precedant) sunt temperati, in par-  
te septentrionali pierunt orti, & 8. vel  
10. diebus ante Canicula atque Etesia-  
rum ortum spirantes. Hi quando constan-  
tius perflant, dicuntur 3. Etesiae, veni-  
gratissimi, spirare incipientes circa ortum  
Caniculae, durantes ad 40. dies, & inter-  
diu tantum flantes, ut ardemissimum Sol-  
lu astum mitigent. Orientur contra Ari-  
stotelem ex nivibus in parte subpolari illo  
tempore liquefactis.

Indefiniti & communes, qui quovis  
anni tempore spirant, sunt vel Car-  
dinale vel Collaterale.

Cardinales vel principales à 4. muni-  
di cardinibus seu angulis, ortu, occasu,  
septemtrione & meridie orti, eorum

qua-

qualitates induunt, descripti his ver-  
fibus:

Asper ab axe ruit Boreas, fluit Eurus  
ab ortu,

Auster amat medium Solem, Zephy-  
rusq; cadentem.

Collaterales interjecerunt aliqui 4.  
plerique octo: alijs 16. constituant ventos  
simul; ut nautæ Danici: Quæ numeran-  
di ratio ad usum nauticum est accomoda-  
tissima. Recentiores his 16. alios 16. in-  
terjecerunt. Videatur Meteorologia no-  
stra major.

Ex his venti aliqui sunt certi re-  
gionibus familiares; ideo provinciales  
dici.

Collaterales sequuntur naturam  
cardinalium, & eō magis quō vi-  
cinores.

Orientales sunt calidi, siccii, sere-  
ni, salubres.

Occidentales sunt naturā frigi-  
diores & humidiiores, ideo proniores ad  
ciendas nubes, pluvias & tempestates. In  
principio dici insalubriores sunt,

in

in fine, quod à Sole repurgentur, salubriores.

Septentrionales sunt frigidi, sicci, sereni, salubres: cōtrā Australes.

### C A P. VIII.

#### De fulmine, tonitro & fulgure.

**E**T in natura, ut plurimum, hæc coniuncta sunt. Differunt tamen: Fulmen est ipsa exhalationis flamma & incensio. Tonitru est sonus cum fulmine conjunctus. Fulgor est coruscatio illa per aerem diffusa.

Fulmen est meteoron mixtum, constans tamen maximè fumo calido, secco & viscoso, in densa nube angustato, intercepto & concluso, ac per antiperistasis atq; motum inflammato nonnunquam, unde nubem magna violentia perrumpit, & quidem cum fragore & sonitu, & cum tonitru dicitur.

Efficiens temora est virtus cælestium corporum. Propinqua & producens est nubes frigida atq; cava exhalationem.

calidam exstmulans, quæ frigidæ nubis  
contactum refugiens, motu & antiperistla-  
si incalescit magis magisq; ampliorem q;  
locum poscit dilatata, ut nonnunquam ac-  
cendatur (non semper in tonitru, quum  
ad sonum sufficiat idus vehemens sine con-  
flagratione, unde non semper coruscatio,  
quies tonitru.) & exitum non inveniens,  
vi sibi viam paret & nubem perrumpat;  
atq; ita adiunctione ad latera nubis murmur,  
perruptione nubis fragor excitatur.

Materia est crassa, viscosa, copiosa,  
videlicet fumus cum humiditate aliquæ  
vaporosa; maximè fumus: ideo maxi-  
mam partem ignitum Meteoron  
est; & à plerisq; inter ignita refertur:

Ein primarius per se est, ut aer re-  
pudgetur consumptione pravorum  
halitium. Per accidens, ut terra fo-  
cundetur: dum enim ita concutitur, non-  
nihil quasi aperitur, ut pluviam comitantem  
facilius admittat. Secundarius est ut im-  
pij territi de ira divina moneantur, &  
ad penitentiam existentur, & ut alij pu-  
niantur. Effecta enim mala plurima. vide-

antur in tractatu majori nostro de Me-  
teorū.

Fulminum species sunt sequentes,  
ex quibus plures etiam simul possunt con-  
currere i. Uenos, cuius spiritus crassus  
ob terrestris materiae copiam & viscosita-  
tem, res obvias vel infuscat ( & cum di-  
citur infuscans ) vel adurit, vel incen-  
dit. 2. Dissipans vel discutiens, con-  
stat spiritu subtiliori, cum aliquo ta-  
men lentore materie, ideoque bene com-  
pacto & vehementi, obvia penetrando  
convellens, & ista rumpens sine adusio-  
ne, ob materiae tenacitatem. 3. Tero-  
brans vel scindens, constat exba-  
latione & flammā subtilissima, pura,  
tenui, magis penetrante, & resistenter  
principiē tanquam concumacia vincens  
perdensq.

Ratione soni consideratum fulmen,  
id est, tonitru vel est vehementes, vel de-  
bile. Vehementes est i. Tumultuosū vel  
murmurās nec misans, cū nubes tu-  
multu quodam quatitur halita intui-  
nante, sed nō fuditur. 2. Proscindens,

cum

cum primò concutitur, deinde scinditur. 3. Crepans: quando primò scinditur, deinde aliæ tonitrii partes subsequuntur. 4. Imperitosum, quod unico impetu nubem findit. Debile est instar strepitus siccujus discurrentis. Estq; 2. Stridens, stridore ferro candenti aque immerso, quando exhalatio invehitur in nubē aquosam. 2. Sibilans, quando egreditur per nubem porosam. 3. Sufflans, instar frideris ex folium fabriliū inflatione, quando nubes fumo exitum quārenti facile cedit.

Effecta fulminis varia & admiranda, cum remedijs; videantur in Meteorologia nostra majori.

Affectiones 1. Locus est medius aēr. 2. Generantur fulmina ubi aēr nec nimis frigidus (qui terrae poros claudit) nec nimis calidus, quia halitus attenuat, ne condensentur in nubes fulminibus aptas.

2. Tempus 1. plerunq; sunt quando cœlum est nubilum: intra nubes enim coerceri debet halitus, ut crumpat. 2. Tem-

plus

pus anni non nimis calidum aut frigidum; ut de loco dictum: nempe in loci calidioribus vere & autumno potiss. in his frequentius aestate, eò quod hic ver & autumnus ad frigiditatem inclinent.

3. Motus irregularis est, ratiū retetus, saepius obliquus ob materię levitatem: nam natura ignis sursum vocat, vis è nube dejectiens deorsum premit, bine mediā fertur viā. Sed sciendum, quedam fulmina deorsum ferri instar calcis aurii incandescentis, quedam sursum instar pulveris pyrii incensi. Quae deorsum feruntur, non omnia ad terram perveniunt, sed quedam in medio itinere desinunt, dissipantur, extinguntur, &c.

4. Odor aliquando sulphureus & calem admixtam materiam.

5. Sonus varius pro materię quantitate & nubis dispositione.

6. Coruscatio, fulguratio vel fulgor, estq; subita apparitio ignis in aere latè diffusi ex accēsione halit. intranubē, vel cū fulmine simul erūpens, vel sine fulmine nubis densiores partes illu-

illustrans. Dicitur subita; nam apparet  
antequam tonitru audiatur, lucec hoc co-  
ruscatione prius sit naturā, sicut concussio  
silicis & chalybus igni prior est. Ratio est  
ex modo visionis & auditionis. Illa sit fer-  
mè in momento; hac per varias circum-  
gyrationes.

## CAP. IX.

### De Terræmotu.

**T**erræmotus est violenta terræ agitatio seu concussio, orta ab halitibus terræ cavitatibus inclusis, qui hinc inde cum impetu moti, audiq; prioribus angustijs coerceri nequeunt, sed vi viâ facta erumpunt.

Efficiens naturalis remota est calor cœlestis, & vi cœlestium corporum.

Propinquia 1. Calor & ignis subterraneus, multam halituum vim pa-  
riens. Hinc loca igne prægnantia crebro ter-  
ræmotibus quassantur. 2. Est frigus co-  
gens halitum in angustum & undiq; cir-  
cumstans, unde exitum non reperiens, pro-  
xima quoq; perfringit, & maximâ luctâ

movens ipsas terrae partes est spiritus in-  
terior in terra generatus, qui ut plu-  
riū erupit facto per terrae motum  
biat. Halitus hic est mixtus ex fumo  
& vapore. Si enim nimis esset tenuis,  
statim per poros terre exspiraret; si ni-  
mis crassus, in guttas resolveretur; plus  
gamen fumi inest. Deinde halitus re-  
quiritur multis & copiosus, ut magnam  
aliquam terrae partem posse concutere.  
Nam

Materia vel subjectum terrae moti-  
tus, seu ipsum mobile est non tota terra  
( nisi forte in miraculosis terrae motibus)  
sed ejus pars, vel tractus aliquis modò  
major modò minor pro spirituum copia &  
diversitate. Magis verò terrae motui  
obnoxia sunt loca concava, caver-  
nosa, spongiola & fungosa (nisi caver-  
nae cœlo pateant) quia inibi multi colligi &  
recipi possunt halitus.

Forma est ipsa concusio vel agitatio.  
Finalis Physicus est, ut spiritus ex-  
tus & spatium derur.

Effecta consequuntur varia; ut ter-

re rimæ, hiatus & voragines, ædiu-  
arietationes & lapsus. Eructantur ven-  
ti, halitus venenosæ, ignes, favillæ &  
cineres, saxa, aquæ frigidæ & calidæ;  
oriuntur novi montes, colles, fontes,  
flumina, insulæ; Terraæ distantes con-  
finguntur, & vice versa continuæ divel-  
luntur, montes de loco in locum transfe-  
runtur; flumina interrumpuntur, cur-  
sum alio convertunt, plane absorbentur;  
sequuntur mari tumores, inundationes,  
sterilitas terra & famæ (ob infectum a-  
ërem). & præcipue in animis hominum  
merus.

Species terremotus recenseri possunt  
varie. 1. Tremor vel agitatio ad dextram  
& sinistram ob halitus in diversas partes  
distractos.  
2. Concussio in superum & inferum.  
3. Arietatio, cum contrarijs iactibus  
quacitur. 4. Ruina, casus vel inclina-  
tio, quando torus motus in unam  
partem vel latum fertur. Hoc modo con-  
cussa ædificia in unam propendent partem  
periculose. 5. Egestio, quando terræ

MOS

moles aliqua egeritur, ut novi orien-  
tur montes, novae insulae, &c. 6. Hiatus,  
quando terra dehisceat, ut absorbeantur  
homines, aedes, civitates, regiones  
&c. aliquando apparent tantum scissiones,  
perforationes, &c. Ex his nonnunquam  
plures miscentur species. Actiones I.  
Tempus generationis est 1. Ut pluri-  
mum tranquillum & a ventis liberum,  
quo ventorum materia in terra conclusa  
est, ut diluculo & meridie. 2. No-  
cturnum magis quam diurnum,  
quia antiperistasis frigoris nocturni in angu-  
stum cogit spiritus, ut intra se coactentur  
& rixentur.

Tempus durationis incertum.  
Spiritus enim copiosiores & frigidiores diu-  
nius quatunt, praesertim terram solidorem  
& compactionem.

Duratio autem vel continua-  
ta vel interpolata. Illa est ordinarie  
brevis, definens ad aliquot horas, &  
rare extenditur ultra 40. dies. Haec per-  
vices reddit, & ad annos aliquot dura-  
re potest, testantibus historijs.

z. Mo.

2. Motus velocitas, nam unico penè  
momento longè lateq; se diffundit.

3. Soni, fragores & mugitus non-  
numquam stupendi, prorumpentibus spi-  
ritibus e cavernis angustioribus in amplam  
cavitatem.

### C A P. X.

De meteoris emphaticis in ge-  
nere, & in specie de Cha-  
smate & Halone.

**H**actenus de Meteoris hypostaticis: Se-  
quuntur apparentiæ, quæ non  
ex corporali aliquâ materiâ con-  
stant, sed imagines tantum & simulacra  
sunt, his vel illis coloribus prædita.

Effic. est lumen alicujus corporis  
luminosi.

Materia in quâ est nubes, vel nubi  
aliquid simile.

Forma est quod sint apparitiones  
coloratæ & lucidæ sub certa aliqua fi-  
gura.

Finis, qui Meteororum in genere.

Sunt autem Meteora Emphatica:  
Chasma, Halo, Parelius, Paraseline,  
Virgæ, & Iris.

C Chas-

Chasma seu hiatus est Meteōron,  
speciem cujusdam putei & voraginis  
exhibens, ut cœlum dehiscere, ape-  
riri & ardere videatur.

Dicitur à fovea seu fossa 1. Secundū  
magis & minus; Fossa enim profunditas  
major; quamvis alijs invertant. 2. Mate-  
riæ conditione. Nubes in qua chasma  
sit, in medio est tenuis, extremis densiori-  
bus: quando ergo supra hanc fumus tenuis  
accensus ardet, attenuata nube in mediis  
ac in 2. partes divisâ, ipsa exhalationis  
accensio apparet, ac si celo aperio omnia  
intus conflagrarent. Nubes in qua sit fossa,  
in medio est densissima, per extrema te-  
nus, ut lumen exhalationis superius accen-  
sæ facile penetreret, mediâ parte obscurâ,  
vigrâq; relictâ, unde visui præalti puti  
species præbetur.

Effic. ergo esplendor accensi super  
nubem fumi, sideris alicujus, &c.

Materia que accenditur, est fumus te-  
nus. Materia in qua apparet, est spelû-  
ea nubis Forma est vel distracti & dis-  
rupti sine strepitu & sono cœli species, vel

spe-

spelunca. Finis est denunciare mala  
bellorum, seditionum, siccitatum &c. ut te-  
stantur historiae.

Affectiones 1. Tempus est nox se-  
rena. 2. Colores non semper ipsis, pro  
loci & efficientis dissimilitudine.

Halo est meteoron Emphaticum  
in nube densiuscula & æquabili, di-  
recte sub Sole, Luna vel alia stella  
positum, ab incidentibus refractis  
radijs formatum, ut splendentis cir-  
culi & coronæ figura appareat.

Materia est vapor vel nubes 1. In-  
ter oculos nostros & astrum, cui directe  
subiicitur. 2. Densiuscula, ut fiat refractio  
non nimis densa, alias lumen non pene-  
trat, æquabilis item & uniformis, &c.

Efficit Luna, vel alia lucida stella.

Forma est lucida & circularis: de-  
ficiente materiâ, pars circuli tantum cer-  
nitur.

Finis est prænunciatio tempesta-  
tum: ex coloribus: sicut ex Lunæ colo-  
ribus sumuntur vulgo præsagia.

Dividitur ratione efficiëtis in Sola-

C 2 semper

rem, qui à Sole; Lunatem, qui à Luna; & stellatum, qui ab alijs stellis efficitur Lunaris frequētior est; quia Solis calor materiam halonis cūd dissipat.

Affectiones. I. Locus est infima aeris regio propè terram; hinc ventus aliquando discerpitur.

II. Tempus. 1. Aer tranquillus, sicut lepillus circuitos efficie injectus in aquam, sed non nisi tranquillam. 2. Anni temperatū; ut Ver & Autumnus potissimum, quando plus vaporū in aere, & calor remisier vaporē non dissipat. Tempus durationis pro materiae dēsitate & copia.

III. Color albus est in nubecula ravigi, rutilus in densiori, &c. In medo lucidior & clarior est Halo, quia radij eam par tem fortius illustrant.

### C A P. XI.

#### De Parelio, Paraselene & Virgis.

Parelius est imago Solis in nube densiusculâ, & quabili, continuâ, quietâ, Soli ad latus posita, per radiorum

rum Solarijū reflexionem generata.  
Vulgo vocat binos vel ternos Soles apparere.

Materia est nubes 1. Densiuscula,  
ut formam receptam contineat. 2. Con-  
tinua, ut integrā. 3. Äquabilis, ne co-  
loribus varie pingatur, atq; ut uniformem  
det imaginem. 4. Quietā, ne distrahabantur  
& confundantur partes imaginis. 5. Soli  
ad latus posita ( è regione enim Iris, sub  
Sole Halo ) Addunt aliqui verisimiliter. ut  
sit 6. aquosa. 7. instar speculi parte posterio-  
ri magis terminata, crassi & dense, ne  
lumen planè peneiret; sicut in immota &  
limpida aqua Solis imaginem cernimus.

Effic. est Sol per reflexionem in  
nube se exprimens: Relique stellæ præ-  
ter Lunam non item: quia nec tam efficax  
lumen habent, ut Sol: neg; tam vicina func-  
tivis vaporibus, ut Luna.

Forma est ipsa Solis imago.

Finis Physicus est signum pluvia-  
rum. Politica prænunciant eti. um parelij,  
confirmantibus historijs: ut confirmationes,  
infidias &c. aduersus eos, qui rerum po-  
zuntur.

C 3

Affec.

Affectiones. 1. Tempus tranquillū & mediocriter serenum; & plerumq; oriente vel occidēte Sole, tum n. densior nubes nō tam facile consumuntur. 2. Numerus; raro 6. ut plurimū 2. vel 3.

Paraselene eodem modo generantur, quo Parelius: nisi quod hic à Sole, illa à Luna formetur plena & splendida; sed rarius; ob radios Lunæ languidiores.

Virgæ sunt lineæ rectæ in longum exorrectæ, quas radij Solis in numerum discontinuam dissimiliter raram, & Soli ad latera positam incidentes efficiunt.

Causæ cædem quæ Iridis, in quibus tamen nonnulla differentia notanda.

Materia est cibes aquosa & bullosa dissimiliter rara, vel aer rosidus inæqualis Soli ad latius mediocri intervallo positus: ut plurimū in plaga orientali aut occidentali.

Finis est significatio pluviarum.

Affectiones 1. Tempus matutinū & vespertinū potiss. tum n. intenser materiali non absunt calor. 2. Colores,

pro

pro varia nubis dispositione, inter-  
dum tres, interdum plures.

## CAP. XII.

### De Iride.

**I**ris est arcus multicolor ob lumi-  
naris alicuj9 radium refractum in  
aere roscido opposito ipsi luminari,  
veniens ad oculū per lineam Solis,  
oculi & Iridis centrum transeuntem.

Materia vel subjectum in quo Iris,  
est aer. 1. Rondus & aquosus, vel vapor  
roscidus, &c. Videmus enim colores iridei  
representari lumine transeunte per medium  
aqueum, virreum, &c. 2. Soli opposita  
esse debet hac nubes diametraliter: ad per-  
pendiculum enim Halo; ad latera parens  
& virga. 3. Inaequalis secundum plerosqz  
quæ undiqz in minutissima & sphaerica cor-  
puscula resolvi caput, ut inaequalitas faciat  
variā mixtionem lucis & umbræ pro co-  
lorum varietate.

Effic. proxima sunt radij lumina-  
rium, Solis videlicet vel Lunæ, refractio-  
ne iridem facientes.

Forma est, quod sit arcus colorum varietate ornatus.

Finis Physicus, ut denotet pluviam, si serenitas præcessit, serenitatem autem, si pluvia. Theologicus, ut nos admoneat de Dei misericordia, non amplius diluvio universali peritum mundum, cuius rei signum post diluvium primum facta est Iris; licet ante diluvium naturam fuerit, at noua ut signum.

Iris naturalis vel est Solis vel Lunæ: quarum eadem est generationis ratio; diversitas in nonnullis accidentibus. 1. Solaris frequentissima, Lunæ rarissima. 2. Interdiu apparet; hæc noctu, quando Luna plena in ortu vel occasu; 3. Ilti coloribus intensioribus; hæc remissioribus, immuno ferè colore & quasi lacteo, vel albæ nebulae; ob luminis debitatem. Hinc Iris ab alijs stellis non fit.

Affectiones 1. Tempus apparitionis generale est omnis anni pars 2. Speciale; Iridis solaris est diurnum, cœlo nec penitus sereno, nec ita rubilo, ut Sol lateat.

LL. L.

II. Locus & Situs. 1. Nubes Soli ē  
regione opposita, cæteris paribus. 2. Nee  
nobis apparet, nisi constituti simus  
inter nubem qua Iris fulget & Solem  
ipsum. Hinc cūm ante meridiem videtur  
iris, ad occasum cernitur: cūm vespere;  
ad ortum vel aquilonem: tum enim inter  
Solem & Iridem sumus.

III. Numerus. Iris modò simplex  
videtur, modò duplex, rariū triplex.  
Interstium intermedium est nullius colo-  
rū, quia aer ibi, non nubes asperginea.

IV. Figura, ejusq; magnitudo varia.  
Licet enim tota nubes radijs Solis pinga-  
tur Soli ē diametro opposita, & Iris in-  
tegro orbe exprimatur; nobis tamen in-  
tegra non ostenditur, quia pars ejus sub  
horizonte est. Interim rotunda est Iridis  
figura, cuius causa videatur in Tract. de  
Meteoris majori, item apud Opticos, uti  
& aliorum quæstorum de Iride. Neque  
enim hic, nisi quæ à tyronibus capi pos-  
sunt, inculcare voluimus. Deinde Por-  
tiones semicirculi oriente vel occidente So-  
le sunt majores ratione majori circuli;

Sole.

Sole altiori existente minores & extiores.

V. Colores. Rectius numerantur qui quatuor in Iride colores enumerantur hoc ordine: Punicum seu flaveum, flavum, viridem, & purpureum seu violaceum. Alias ex vicinia & commissuris oriuntur colores non facile numerabiles. Causa pluralitatis colorum est pro variare fractione radiorum a corpore tuiso in subjectam materiam projectorum. De his & alijs videatur Meteorologia nostra abetior.



INDEX

60

---

INDEX CAPITUM.

- C**ap. 1. De Meteoris in genere.  
Cap. 2. De Meteoris ignitis in genere, & in specie de ijs, quæ sunt in infimâ aeris regione.  
Cap. 3. De Meteoris ignitis supermæ aeris regionis.  
Cap. 4. De Meteoris aqueis in genere, & in specie de Nube.  
Cap. 5. De Reliquis medijs aeris meteoris aqueis, pluvia, nixe & grandine.  
Cap. 6. De Meteoris aqueis infimi aeris, nepe nebulâ, rore & pruinâ.  
Cap. 7. De Meteoris mixtis seu aereis in genere, & in specie de ventis.  
Cap. 8. De fulmine, fulgure & tonitru.  
Cap. 9. De Terræmotu.  
Cap. 10. De Meteoris Emphaticis in genere, & in specie de Chasmate & Halone.  
Cap. 11. De Parclio, Paraselene & Virgis.  
Cap. 12. De Iride.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/pnn730117936/phys\\_0065](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730117936/phys_0065)

**DFG**





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/pnn730117936/phys\\_0067](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730117936/phys_0067)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730117936/phys\\_0068](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730117936/phys_0068)

**DFG**




Litterarum secessum  
liberentis et char-  
gacrum.





materie & salis in hum  
apta ad calculum. Deb  
inter salis quantitatēs  
Hujus tanta esse debet  
ne sal illi unitū solvi po  
fatiscat, & pulveris in  
portione servata, qu  
stū materia, eò mag  
ratur. Ejusmodi in  
alimentis crassis & te  
induratis, vino crasso  
habente, cerevisia fu  
omnia alibi uberioris.

An. Boëtius. Causæ p  
salis naturam sunt 1.  
civis imbecillitas, 2 si  
utraq; composita int  
pue, ut ex hactenus i  
occulta calculosa  
aria à pa



the scale towards document